

aut in posterum habituri sunt, cum familiis, commendatis, curtularii atque aldionibus utriusque sexus, sub imperialibus mundiburdi tutelam nostraque providentiae immunitatem perpetuam. Commendatis etiam nostrorum magnitudinis auctoritate stabilientes quicquid vel nostra munificentia, vel predecessorum nostrorum liberalitate promeruerunt, quicquid etiam eorum libet Christi fidelium oblatione, donatione seu qualibet contractione commutando, commutando sive precariam dando adquisierunt, aut in antea Deo proprio adquisiverunt, et ea habeant illuc Dei famuli divino amore congregati, et fruuntur jure quieto atque possideant, pro nostri stato imperii altissimo Dominum iugiter implorantes. Super haec praecipiendo praecipimus, et pro Dei summi et Beati Ambrosii protectoris nostri reverentiam modis omnibus interdiciamus, ut nullus sedis ipsius pontifex aut oeconomus aliquam diminorationem in rebus vel familiis ipsius reverendi loci ingerere praesumat, nullasque praestationes vel annuas donationes, seu quaslibet angarias et super impositas exactiones contra morem canonicum, sive regularem constitutionem superimponere vel exigere audeat.

Ubi cumque autem aut undecumque opus habuerint, tamquam de dominicis nostris, ita de rebus ipsorum vel familiis inquisitionem fieri volumus. At vero ipsorum commendatos libellarios sive cartularios sine abbatis aut prepositi consentia pignorare aut distringere nemini permittimus, sed nec in cellula monasterii ejusdem sita Papiae quocumque ad hospitandum nostro imperio degunt, aliquam subtractionem injustamque exactionem vel angariam aut superimpositionem antefatis Christi famulis sponte ingesserint, in rebus dumtaxat ipsorum mobilibus et immobilibus, in servis et ancillis, aldionibus, libellariis, cartulariis et commendatis ipsorum, sive sint praesules, sive duces, sive comites, sive suldasiones vel gastaldiones, cui quilibet publicae partis officiales seu discurrentes missi nostri, etiam si in minimo hanc nostrae maiestatis auctoritatem atque augustalis excellentiae immunitatem inventus et convictus fuerit violasse, immunitatis nostrae poenam XXX librarum argenti probate monetae publicae saepe dicendo sacratissimo loco componere compellatur. Et ut hoc nostrae sublimitatis imperiale praereceptum inconulse retineatur, et pro futuris temporibus attentibus observentur, manus propriae subscriptione insignitum ac roboratum ex bullis nostri iussimus adsignare.

Signum domni † Hludovici serenissimi imperatoris augusti.

Data pridie idus junii indictione VI.

Giselbertus presbiter et notarius scripsi.

Actum civitate Capua, anno imperii domno Hludovici serenissimi imperatoris XXXIII in Dei nomine feliciter.

(Fumagalli CDSA, pag. 413; Porro, CDL, n. 255).

(24) Ann. 874, decembris 28

Sentenza pronunciata in un placito dell'874 a favore dell'abate d. S. Ambrogio, Pietro, contro il Vesc. di Como Eliberto, intorno ad alcuni diritti da lui pretesi sopra diverse chiese del monastero.

Copia autentica del duodecimo secolo.

Dum in dei nomine civitate Mediolani in episcopio sancte mediolanensis ecclesie in iudicium residentes v.b. domnus Anspertus eidem sancti mediolanensis ecclesie archiepiscopus et Bosio Comes, missi domni imperatoris, una simul cum Albericus comes ipsius civitatis, singulorum hominum causas audiendas et deliberandas; residentes cum eis Umboldo et Heliber

in anni domnorum Hlotharii et Hloduici filii eius divina ordinante providentia imperatoribus XXXIII; et quarto septimo die ingrediente februario indictione secunda.

Signum + manus Tessionis de vico Maliaci filii Teusperti qui interfuit.

Signum + + manibus Drogoni et Adelfreti germanis filii quondam Teo-
dealdi qui fuit Maliaci qui interfuerunt.

Signum + manus Bertoni de ipso Namonni qui interfuit.

+ Angolbertus clericus interfui et subscripsi.

+ Adeprando interfui et subscripsi.

+ Gisolfus notarius interfui hunc breve scripsi. »
(Fumagalli A. « *Codice Diplomatico Sant' Ambrosiano* », n. 71, p. 295; Porro, CDR, n. 184).

(21) 854 Maggio 4

Seseberto « Presbitero et monacho adque preposito celle S. Zenoni sito Campellioni, que pertinet monasterio S. Ambrosii quod est fundato prope vestra civitate Mediolani » concede a Lorenzo fu Widone di Cadolo alcuni beni nello stesso luogo.

(Porro, CDL, n. 186).

(22) 863 Dicembre 5

L'abate di S. Ambrogio, Pietro, stipula una convenzione con il prete Angilberto di Cannobbio che aveva donato dei fondi al monastero: in cambio della donazione il prete doveva ricevere vita naturale durante il vitto dal Monastero di Campione o dalla corte di Comabbio come fosse uno dei monaci che vi abitavano: « ... Ut abbas victum de cella nostra Campellioni aut de curte nostra de Canobio sicut unus ex fratris monachi qui inibi abitaverint... vel si tu in suprascripta cella aut in suprascripta curte ibi nos voluerimus habitaveris aut in ecclesia nostra Campellioni vel Canobio offitaveris vel deservieris... ».

Actum in ipsum monasterium.

(Fumagalli, CDSA, n. 90; Porro, CDL n. 227).

(23) Ann. 873, Junii 12

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hludovicus divina ordinante providentia imperator augustus. Quicquid circa Dei famulos divino afflato amore impendimus, illi profecto damus, a quo bonum suscipimus. Ideoque omnium sanctae Dei ecclesie, nostrorumque fidelium praesentium scilicet ac futurorum comperiat unanimitas, eo quod Angilberga dilectissima coniux nostra et consors imperii suggestit maiestati nostrae pro quodam Petro venerabili abbate monasterii beatissimi confessoris Christi Ambrosii, ubi eius sacratissimus corpus venerabiliter humatum est, non longe a muro urbis Mediolani, ut eum pro nostrae mercedis incremento cum universis qui, cum ipso degunt servis Christi, cunctaque venerabili coetuum nobis substantia sub nostrum mundiburdium et immunitatis nostrae perpetuum tuicionem suscipere digneamur. Nos vero tam nostrae mercedis amplificatione gratia, quamque pro supra nominati gloriosissimi confessoris intercessione promerenda, pie assensimus rata et competentia suggerenti, suscipientes antelatum abbatem et omnes ei commissos, cum universis ipsius sancti loci possessionibus, quantascumque Deo auspice nunc habent,

s episcopus, Americus vicecomes, Adelbertus, Tutulfus, Sempertus, Petrus, Rispertus, et Iulpertus et item Ambrosius, Iudices ipsius civitatis; ubi eis aderant Atto de Canimalo, Aldegaldus et Petrus de Casterno, Wido, zehinfredus, Deusdedit et Arnulfus vassali ejusdem Ansperti archiepiscopi, Concessus, Leo argentario et Rolpertus de Mediolano, Teodorus... us, ilderatus notarius, Boniprandus de Caputvici et reliqui. Ibi que in iudicium eorum venerunt presentia Petrus abbas monasterii beati Cristi confessoris ipsam civitatem Mediolani, una cum Adelbertus de Lampaniano advocatus ipsius monasterii. Nec non ex alia parte suprascripto Heliberto comensis ecclesie episcopus, una cum Andreas de Bulgari et Guindoaldus notarius de vico Anni, advocatores de parte ipsius episcopi comensis in actum, quas ambas partes dicebat inter se positas, et per guadium firmam aberent altercationis inter se abentes. Dicebant ipsi Petrus abbas cum suprascripto Adelbertus advocatus de parte predicti monasterii sancti Ambrosii contra eodem Heliberto episcopus, et predicti Andreas et Guindoaldo advocatores, eo quod homines liberis ea pertinentes etiam sacerdotes a parte suprascripti episcopi multas contra partes ipsius monasterii sancti Ambrosii inlicitas facerent, quia inter reliqua introissent malo ordine curte et basilicas illas, quas in vico Campillioni, quarum una edificata in onore sancti Zenonis, alia edificata in onore sanctorum Nazarii et ictoris tertia, edificata in honore sancte Marie, locus qui vocatur Willari, quas quondam Todo de suprascripto vico Campillioni, cujus proprietas fuit, eorum iudicatum in ipsum contulit monasterium pro anima sua; simul ne malo ordine introissent in curte et basilica ipsius monasterii, in vico ravenna, edificata in onore sanctorum Protasii et Gervasii, et exinde malo ordine causas et movillas ipsius monasterii tulissent, et singulas ibi forciatissent, etiam monachi ipsius monasterii, qui ibi officiant, foris ipsas basilicas expellissent, quod facere non deberent; unde iustitiam habere uerent. Respondens suprascriptus Heliberto episcopus cum predicti Andreas et Guandoaldo advocatores: verum est ibi suprascripti homines pignorarunt; non pro aliis ibi venerunt aut pignorarunt, nisi quod pars episcopi suprascripti consuetudinem fuit, per ipsas festivitates ventendum ad ipsas basilicas officium et missae canendum, et quando ibi veniebant ad ipsum officium fatiendum, parte ipsius monasterii eos recipiebant, et ibi eos per conditionem passebat, et si non fatiebant, potestative eos pignorarant. Obiens suprascriptus Petrus abbas cum Adelbertus advocatus: non fatiat Deus, quod aliquando pars monasterii suprascripti aut pars ipsius basilice suprascripte ullum vestrum sacerdotem aut tonsam a parte ipsius ecclesie vel episcopi comensis ibi recepissent, aut eos pavissent, aut aliquid de suprascriptis curte et basilicas, vel de rebus ad eas pertinentes ad vestram partem abere debent. Hoc dictum, tunc interrogaverunt suprascripti auditores predictos Heliberto episcopus et Andreas et Guandoaldus advocatores, quid ex hac causa dicere vellent, ut si forsitan aut per monimen, aut per inquisitionem, aut pre testimonia, aut per ullam aliam ratione ostendere aut provare poterunt, quod a suprascriptis curtes et basilicas in Campillioni et Travana, vel de rebus ad eas pertinentes... a parte ecclesie et episcopi comensis pertinere deberit, aut vel persolvere, aut exinde ullum pastum dare aut etiam persolvere deberint an non. Qui ipsi Heliberto episcopus, Andreas, Guandoaldo advocatores... dixerunt et manifestaverunt, quod exinde nihil provare poterunt, eo quod curtes et basilicas ipsas in fundo Campillioni et Travana cum rebus omnibus ad eas

pertinentes, proprietates essent et pertinerent a parte ipsius monasterii sancti Ambrosii, et nullam conditionem exinde parte ipsius monasterii... conditionem a parte predictae ecclesie et episcopi comensis facere nec per se habere non deberent. Ideo exinde contra partem suprascripti monasterii null... re nec contradicere non querunt nec poterunt. Post hec omnia pertractum, et suprascripta manifestationis et professionis facta pertractantes, suprascriptis auditores... eorum exinde esparuit et iudicaverunt iusta eorum intentionis et suprascriptorum Heliberti episcops, Andrei et Guandoaldi advocatoris profession... sancti Ambrosii de predicta conditione et pastum, quas exinde abere querebat, solutus maneret, at aberet parte suprascripti monasterii sancti Ambrosii pre... et basilicas in fundo Campillioni et Travana, cum rebus omnibus ad eas pertinentes in integrum, sine ulla conditione aut qualibet conditione... ecclesie et episcopi comensis. In eo moti finita est inter eos hac causa, et presente notaria deliberationis suprascriptis auditoribus mihi Achinaldi notarius scribere tractaverunt, adnumerunt et eorum relectum est. Actum mediolani, anno imperii domini Hludovici imperatoris vigesimo quinto, bone memorie domini imperatoris Hlotharii filii, quinto kalendas januaris, indictione octava. Anspertus archiepiscopus subscripsi. Ego Boso comes subscripsi. Sempertus manus suprascripti Amelrici vicecomes, qui interfuit. Theunthulfus iudex domini imperatoris interfuit. Fulbertus iudex imperatoris interfuit. Odefretus interfuit. Leo notarius interfuit. Arimandus interfuit.

Ego Guifredus, qui dicor de Vineate, missus domni regis autenticum huius exempli vidi et legi etc. etc.

Ego Rogerius Salarius sacri palaci notarius ecc. ut supra.

Ego Ambrosius de Valnexio notarius sacri palatii hoc exemplum etc. ut supra.

(Fumagalli A. « *Codice Diplomatico Sant'Ambrosiano* », n. 160; Porro G. CDL, n. 258).

(25) Ann. 880, Martii 21

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Karoli divina favente clementia rex. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria, qui Liutwardus reverendus episcopus dilectus consiliarius et archicancellarius noster suggestit humiliter majestati nostrae pro quondam Petro venerabili abbate monasterii beatissimi confessoris Christi Ambrosii, ubi ejus sacratissimum corpus reverenter humatum, non longe a muro urbis Mediolani, postulans ut eum pro nostrae mercedis incremento cum universis, qui cum eo degunt, famulis Christi cunctaque intrinsecus et extrinsecus venerandi coenobii substantia sua nostrum mundiburdum et perennem immunitatis nostrae tuitionem suscipere dignemur. Nos vero tam nostrae mercedis amplificandae gratia, quamque et pro supra nominati gloriosi, pontificis Ambrosii intercessione promerenda, pie assensum dedimus rata et congrua suggerent, suscipientes antelatum abbatem Petrum et omnes qui ei commissi sunt, servos Dei cum universis ipsius sancti loci possessionibus, quantumcumque Deo auspice nun habere aut in posterum habituri sunt, cum familiis commendaticis, libellariis, cartulariis, atque aldionibus utriusque sexus sub regiminis munburdum, tutelam, nostraeque providentiae immunitatem perpetuam; ei confirmantes insuper monasterium infra ipsam urbem constitutum, quod nominatur Aurunae, quod

Signum + domini Karoli serenissimi regis.
 Inquirimus notarius ad vicem Lihutwardi archicancellarii recognovit.
 (Locus sigilli cerei cum effigie Karoli et epigraphe: Karolus rex).
 Data XII kalendas aprilis anno incarnationis Domini DCCCLXXX, indictione
 XII. Anno vero regni regis Karoli in Francia, in Italia, in Dei nomine
 feliciter. Amen.
 (Porro, GDL, n. 294).

(26) Ann. 893, incertis mense et die

+ In nomine sanctae et individuae Trinitatis Anselmus superno iuvamine sanctae mediolanensis ecclesiae archiepiscopus. Monasteria almifici et beatissimi Ambrosii nutritoris et protectoris nostri, simul etiam et Petro venerabili abbati ipsius cenobii et successoribus ejus in perpetuum. Quantum quidem famulorum Christi utilitatibus elementer consulere pastorali cura compellimur, siquidem et venerabilitas tua hoc a nobis fiducialeter postulando atque impetrando speraverat, ut aliquantam terram tuo monasterio contiguam ex corte item sancti Ambrosii dominica ibidem rejacente tibi commisso cenobio largiri et concedere dignaremur, oportune petitioni tuae pias aures accomodare prevedimus. Idcirco omnibus sanctae Dei ecclesiae nostrique fidelibus cognitum fieri volumus nos ob amorem et debitam reverentiam supradicti beati Ambrosii gloriosissimi intercessoris nostri jam dictam terram per hoc nostrae munificentiae preceptum, una per consensum nostrorum sacerdotum tibi quoque monasterio ex hoc nunc et in posterum contulisse, et modis omnibus confirmasse. Est autem mensura ipsius terrae secundum huius temporis geometris particae jugiales septem et tabulas sedecim. Situs vero loci ab oriente et meridie suprataxato coheret monasterio, habens ab occidente viam regiam et a septentrione murum et porticum, quibus sacratum munitum et atrium. Eandem igitur terram per supra designata mensuram et coherentiam prelibato sancti Ambrosii monasterio, Deique servorum inibi legentium oportunitatibus habendam et possidendam a presenti pontificatus nostri anno, seu etiam domini nostro, imperatoris Widonis anno II, hac nostra auctoritate in perpetuum decernimus et omnimodo stabilimus, omni nostra nostrorumque successorum repetitione vel refragatione penitus remota. Insuper etiam confutatio monasterio omnes res cunctasque possessiones et cortes dominiorum regum seu aliorum quorumlibet fidelium liberalitate ibidem collatas, quarum vocabula sunt Capiate, Lenunta, Pasilianum, Montem, Anticiacum, Oleodoctum, Campilionem et cetera loca, que nunc idem cenobium possidet, vel aliquando Deo propicio acquirere valebit; ita videlicet magnae partisque personae liceat aliquando absque voluntate seu concessione abbatis aliquam violentiam vel exactionem, pastum sive albergarium in eodem cenobio, seu in ejus cortibus et locis requirere, neque adiones ejus seu colonos aliqua occasione abbatis aliquam violentiam vel exactionem vexare. Concedimus quoque monachis, ut cum abbas ipsius monasterii ab hac luce fuerit subrectus, habeant licentiam ex ipsa congregatione qui eos regere queat, regulariter eligendi abbatem, cum qui simul libere et quiete Deo servientes, ante sepe nominandi almi patris nostri Ambrosii precisorumque; martirum Profasi et Gervasi pignora sacratissima laudes aut missarum solemniam sedulo concelebrent, nullius interfecto impedimento. Quod ut certius clarescat, Andoaldum nostrae ecclesiae notarium hanc nostri precepti formulam scribere jussimus, manuque propria subter confirmavimus. Fel-

Engilberga olim imperatrix devotissime obtulit in ipsum monasterium pro remedium animae divinae memoriae Hludwici quondam imperatoris augusti, cum familiis promiscui sexus et etatis, et omnibus que ad eum pertinent rebus, tam mobilibus quam immobilibus cum universis cohortibus et casis masariciis, alditionariis et cunctis pertinentiis earum, in jure et potestatem jam dicti mo..... ad integrum presentaliter taxamus; et stabilimus ut habeat ea atque possideat, fruaturque jure quieto. Confirmamus etiam cohortem Lemontam cum massariis et pertinentiis ad eandem cohortem respicientibus, sicut divinae memoriae Hlotarius per suum preceptum statuit eidem monasterio ad habendum pro remedio animae suae vel nostrae et regni stabilitate. Confirmamus etiam eidem monasterio sancti Ambrosii Casales II, unum in Melianico, alterum in villa quae dicitur Clepiate, cum mancipiis ibidem pertinentibus et omnibus adjacentis suis vel pertinentiis ad eosdem casales pertinentibus pro remedio animae nostrae vel genitoris nostris et regni stabilitate. Confirmamus etiam quicquid in ipsis suprascriptis monasteriis rebus vel donariis nostra vel predecessorum nostrorum munificentia atque imperiali liberalitate promeruerunt, quin etiam reverendissimum ejusdem urbis pontificum concessione atque largitate adepti sunt, seu quorumlibet Christi fidelium oblatione, donatione seu qualibet traditione vel commutatione ex nostra parte, vel abbatibus seu comitatibus commutando, commutando, seu pretium dandum adquisiverint, aut in antea Deo propicio adquisituri sunt, ut habeant ea famuli Dei, qui nunc illic sunt aut qui futuri sunt, possideant fruanturque jure quieto atque pacifico, pro nostri statu regni altissimum Dominum subplicantes. Super haec precipiendo precipimus, ut pro Dei summi ac sepe nominandi beati Ambrosii precatoris nostri reverentia modis omnibus intercedimus, ut nullus ex his, qui nostro regno subjacent, aliquam suprataxato venerando cenobio vel ejus rectoribus violentiam, invasionem in rebus vel familiis ad ipsum respicientibus, vel ullam diminutionem inferre presumat, nullasque praestationes vel reditiones, seu quaslibet angarias, aut annuas exactiones contra morem conanicum sive regularum constitutionem obponere illis, vel ab ipsis exigere audeat. Ubicumque autem, et undecumque necesse habuerint, tanquam de dominicatis nostris ita de rebus ipsius sacri loci vel familiis inquisitionem fieri volumus, ita dumtaxat ad ipsorum commendatos, libellarios seu cartularios absque abbatis ipsius monasterii aut prepositi consentientia contra leges pignorare, aut tiquid contrarium facere nullus presumat. Confirmamus etiam semitam illam pro qua supradictus Petrus abbas a venerabili antistite Anseperthum seu comite Alberico seu cuncto clero et populo devotissime petit, quia pro ipsa semita minime monasterium ipsum munitum habere poterat. Unde pariter considerantes congruitatem ipsius monasterii et civitatis salcationem non valebant, per ipsorum omnium consensum Petro abbati a parte ipsius monasterii infra clausura ipsius monasterii claudere licentiam habere absque ipsorum ejusdem cenobii sita Papiiae quoniam hospitium habere absque ipsorum Dei servorum consensum permitimus. Si quis autem ex praesulibus, comitibus, sculdassis, gastaldionibus aut alicujus partis publicae officialibus seu discurrentibus bisis nostris hanc nostram majestatis atque regalis excellentiae auctoritate convinctus fuerit violasse, duplam immunitatis nostrae poenam sexaginta libras argenti probate monete publice jam dicto sacratissimo loco componere compellatur. Et ut haec nostrae sublimitatis atque regalis praeecepti pagina inconvulsa retineatur, et pro futuris temporibus attentius observentur, nostrae manus inscriptione insignitam ex

eter. Amen. Actum est hoc anno ad incarnatione Domini nostri Ihesu Christi octingentesimo nonagesimo tercio, indictione XI.

- + Anselmus archiepiscopus subscripsi
- + Petrus Archiepiscopus subscripsi
- + Aldebrandus presbiter subscripsi
- + Aredeus presbiter subscripsi
- + Ego Lanfrancus indignus presbiter subscripsi
- + Ego Romaldus presbiter subscripsi
- + Garibaldus presbiter subscripsi
- + Ego Gregorius presbiter subscripsi
- + Petrus presbiter subscripsi
- + Celsus presbiter subscripsi
- + Ego Araldus presbiter subscripsi
- + Andreas humilis diaconus et scrinarius subscripsi

Fumagalli, ODSA, n. 132; Porro, CDL, n. 358).

26) a) 963 (circa)

L'Abate del monastero di Sant'Ambrogio di Milano Aupaldo permuta beni con Liutprando, abate del Monastero di S. Pietro di Lodi: riceve terreni presso la Corte di Campione e cede in cambio altri terreni a Menirio, Maroggia e Melide: « quibus esse videntur in loco et fundo qui dicitur Matis prope curtem Campillonis, quod sunt casis et rebus ipsis de sermimen petia una cum casarum edificis desuper... etc. ... ».

Porro, CDL, n. 679).

27) 997 Aprile 28

Bolla con cui Papa Gregorio quinto conferma al Monastero di S. Ambrogio di Milano i suoi possessi e privilegi: « ... corroboramus cum omnibus ecclesiis, oraculis, cortibus massariis, districtis, ad ipsam (Basilicam) respicientibus silicet Pasciliano, Monte, Feliciano, Lademanno, Ceresiola, Lemonte, Capiate, Oleoducto, Campillonis, Anticiaco, Colonia, Verederio, Lavenago, Villa Alba, Gungiano, atque cum universis ad prefatam Abbatiam pertinentibus... ».

Porro, CDL., n. 930).

28) 998 Aprile 29

Bolla di Papa Gregorio quinto in cui, come nella precedente conferma gli stessi diritti e gli stessi beni del Monastero di Sant'Ambrogio.

Porro, C.D.L., n. 994).

29) 1010 gennaio

« Alcuni uomini, del luogo di Arogno per sé e per gli altri abitanti nello stesso luogo, che loro ne hanno dato licenza, davanti a Nazario detto anche Bonizo, giudice, avvocato del monastero di S. Ambrogio e ad Eriperto pure giudice, messo dell'arcivescovo Arnolfo, promettono di non contrastare alla cella di S. Zenone di Campione il territorio compreso entro determinati confini.

« Presentia bonorum hominum, quorum nomina subter leguntur id sunt,

Laurentius Grasso, Bonus Catiliano, Natalis, Sigolingo, Leo Cali item Laurentius, Iohannes Buta, Vitale, Dominicus, de Manzoni, item Vitalis Paulus / de Carmallo, Crescentium, Deuseddit, habitantibus loco AROGNO, per se ipsis / vel per alios omnibus nominibus habitantibus in ipso loco, personarum licentiam / et conventientiam, Nazarius qui et Bonizo iudex advocatus monasterii sancti Ambrosii et Heribertus item iudex et missus domni Arnulfi archiepiscopi, / ut a modo in antea, si ipsi homines de ipso loco Arognio agere aut / causare vel contradicere presupperint ad partem celle sancti Zenoni de vico Campillonis, aut ad illis hominibus qui pertinent de ipsa cella sancti Zenoni / de montibus et collibus seu vallibus sicut describitur Saxello... / in Padoani desuper arbore grande et inde percurrit a Scaglia... / venit ad faum, qui nominatur Centum Radices, et usque ad plodario de... / de parte sera, que sunt iure ipsius sancti Zenoni, tunc componere promittimus / pena nomine argentum denarios bonos libras centum, medietatem ad parte ipsius monasterii et ad ipsa cella, et alia medietate ad partem ipsius / archiepiscopi sancti Ambrosii. Et post pena componita in eadem conventientia permancant. Quia in tali timore, sicut supra legitur, receperunt ipsi Laurentius, Bonus, Natalis, Leo, item Laurentius, Iohannes, Vitale, Dominicus, item Vitale, Paulus, Crescentius, Deuseddit, vnuadum ipsam, quam ipsi dederunt / in loco de fideiussores, qui obligaverunt pignoras suas ad componendum penam / ad partem ipsius monasterii et ad partem archiepiscopi (ubicumque) / invenerit, sine calumnia. Factum est hoc anno domini regnantis Henrici / regis septimo, mense ianuario, indictione octava.

Interfuerunt ibi Oldo de Porta Vercellina, Liutfredus..., / Iohannes de Maderniano, Bezo filius quondam Gezoni iudex, / Gezo Stampa, Zeno, Ambrosius, vasalli monasterii / ipsius sancti Ambrosii et reliqui plures.

(Vittani G. - Manaresi C., Gli atti privati milanesi e comaschi del sec. XI, vol. I, n. 40; Regesto in Schaefer P., Il Sottocenere... cit., n. 1).

(30) 1022 marzo

L'Abate del monastero di S. Ambrogio, Gotefredo, permuta con Ursone fu Lorenzo di Morcote una selva di proprietà della chiesa e cella di S. Zenone di Campione dipendente dal suo monastero e situata a Scaria di Intelvi con quattro campi nello stesso luogo di Scaria: « .. silva stallarea cum area sua pecia una iuris ecclesie et celle sancti Zenonis sita loco Campellioni que ecclesia et cella ipsa pertinere videtur de sub regimine-et-potestate predicti monasterii sancti Ambrosii qui reiacet in loco et fundo Scalia qui est in Intelavo ad locus ubi Sosenavo dicitur... ».

Actum suprascripto loco Campellioni.

(Vittani-Manaresi - Gli atti privati... cit. - I, n. 119).

(31) 1034 ottobre

Martino fu Martino di Arogno, di legge longobarda, vende a Boniso prete del luogo di Melide tre vigne ed una selva situate a Bissona: tra le coerenze vi sono beni distinti di S. Zenone e del monastero di S. Ambrogio: Actum Arogn.

(Manaresi-Vittani - Gli atti privati... cit., n. 220; fac-simile in Moroni-Stampa-Codex, Paleographicus Helvetiae Subalpinae, n. 8).

(32) 1196 settembre 13

Suzio Pandolfo di Lugano e suo figlio Luganeto cedono ad Arialdo di Marignano, monaco in Campione del Monastero di S. Ambrogio di Milano, per conto del monastero, la proprietà di otto pezze di terra situate a Lugano e dintorni, in sostituzione degli immobili che essi tenevano per investitura feudale in Curio, e che dianzi avevano venduti ad alcuni uomini del luogo. Le quali otto terre rimangono ai cedenti a titolo di beneficio.

Actum Campilione.

(Brentani L. - Codice diplomatico ticinese - Como, 1929, I, n. 17).

(33) MCC. Sexagesimo sexto. De Mense februarii indictione VIII.

In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Hec sunt statuta et ordinamenta precisa comunis et hominum de Campilione facta per Honricum quondam ser Ade et Iohannem notarium, ambos tunc consules ipsorum comunis et Hominum de Campilione, et ser Enricum filium quondam ser Ottaicii. Arnoldum quondam Anselmi, de domina Berta, Lombardum de la Vinea, Ugonem de Poma de la Vinea et Locarnum de Appresata, omnes ipsius loci vicinos, electos per consules suprascriptos de voluntate, licentia et consensu tocius vicinie ipsius loci, sub Canegiacio per camparium more solito congregato ad infrascripta omnia et singula facienda. Nolentes quod per hec statuta iuri alicui et honori monasterii sancti Ambrosii Medolanensis aliquatenus derogeretur, set ius quodalibet sui parte tam a consulibus quam aliis ignoretur circa que ipsorum consolum versetur officium, idcirco in hoc convenienter illud providimus explicandum, statuentes et ordinantes.

(Anderloni E. - Lazzati A.: Statuti dei laghi di Como e di Lugano dei sec. XIII-XIV - in Corpus Statutorum Italicorum - vol. II, p. 239).

(34)

1277 aprile 4, Milano

L'Abate di S. Ambrogio reinveste un livellario di Campione

L'abate di S. Ambrogio rinnova l'investitura a « Benvenutus f. q. Zanelli de Campilione titulo seu nomine veteris et legalis feudi ac locacionis seu masaricii seu ad firmam et alio quolibet modo et iure quo hec investitura melius potest valere in favorem utriusque partis » con tutto quanto i suoi predecessori possedevano, per lui « cum suis heredibus masculis et feminis legitime ab eo descendentibus in predicto loco de Campilione habitantibus et condicia et onera ipsius loci sicut alii vicini suprascripti loci subditi illo monasterio facientibus et sustinentibus. L'annuo « fictum seu redditum » consegnato in « castro predicti monasterii sito in loco Campilione comporta: « conjcias 3 et ster. 4 vini boni et puri ad iustam mensuram comunis Cumarum et den 4 pro ficto silvarum in omni festo sancti Michaelis, et alia omnia condicia onera amisceri et prestaciones seu facta que pro predictis investituris hinc retro ultra predicta determinata fieri conserverunt... » Benvenutus giura all'abate « fidelitatem tamquam vasallus et fidelis suo domino secundum usum et formam sacramenti fidelitatis, quarum rerem investitarum pars sunt infrascripta: sedimen cum duabus domibus...; 3 pecie culte, olivetum de quo datur monasterio dicto totum oleum quod fit in eo oliveto et medietatem aliorum fructum, etiam in territorio loci de Castellano plures pecias, in territorio de Brosinarancio 2 pecias ubi dicitur in Campilionasca actum in capitulo monasterii.

(In Archivio di Stato Milano, Fondo S. Ambrogio, cart. 332, pubbl. da Schaefer P. e Das Schottenlocher G. (ed.), n. 503).

(35)

Lapide nella Chiesa Parrocchiale di Campione con le parole del decreto del 14 giugno 1477 nel quale Bona e Galeazzo Maria Sforza confermano agli uomini di Campione i privilegi sui dazi già in vigore per gli uomini della valle di Lugano.

